RUPERTUS TUITIENSIS
Österreich oder Süddeutschland, 2. Hälfte 12. Jh.
Seite 39r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26000
Copyright: Admont, Benediktinerstift



peuerit. Ego ego capiam. et uadam. tollam. et ñ est qui eruat. Vadens reuertar
ad locum meum donec deficiatis. et queratis faciem meam. In tribulatione sua
mane consurgent ad me dicentes. Venite reuertamur ad dñm. quia ipse cepit
et sanabit nos. percutiet et curabit nos. mundificabit nos post duos dies. in die
tertia suscitabit nos. et uiuemus in conspectu eius. sciemus sequemur que ut cognos
camus dñm. Saluator nr xpc qui hec loquitur. sic fecit. Cepit nos. et abiit. quem
admodum dicit. ego ego capiam. et uadam. Capiam nam que naturam meam. id est homo
factum. insuit ex hoc mundo. per passionem mortis. Vnde euangelista dicit. Sciens ihc
quia uenit hora eius. ut transeat ex hoc mundo ad patrem. Item. Sciens quia adam ceci
dit. et ad dñm uadit. Deinde cum talis esset. tulit predam infernum. quem admo
dum dicebat. Cum fortis armatus custodit atrium suum. in pace sunt omnia que
possidet. Si autem fortior illo superueniens uicerit eum uniuersa arma eius
auferet in quibus confidebat. et spolia eius distribuet. Cum igitur dixisset. ego ego capiam.
et uadam. bene continuo subiunxit. tollam. et ñ est qui eruat. Ac si dicat. Ego natu
ram hominis accipiam. et ad mortis passionem uadam. et electos meos nemine
ualente resistere de inferni claustris eripiam. ego illa leena. ego ille ca
tulus leonis. quem longe ante iacob patriarcha intuens dixit. Catulus leonis
iuda. ad predam fili mi ascendisti. Requiescens accubuisti ut leo. et quasi lee
na. His pactis resurgens ex mortuis abiit in celum unde uenerat. et sedet
ad dexteram patris. Post quam igitur dixit. ego ego capiam. et uadam. tollam. et ñ est qui eruat.
bene continuo subiunxit. uadens reuertar ad locum meum. Locus quippe ei est
illa sedes maiestatis. ille consessus dei patris. ubi captiuam duxit captiuitatem
quam cepit. ubi pegnam collocauit naturam hominis. cuius origo non est celum
sed terra. cuius patria siue locus originalis non altitudo celorum. sed pulueris erigui
tas est. Ad illum locum reuersus faciem suam ab illo loco proprio cum hec septuaginta lo
quitur. ascendit donec plenitudo gentium subintroeat. et sic omnis israel saluus
fiat. Cum igitur dixisset uadam. et reuertar ad locum meum. bene continuo sub
iunxit. donec deficiatis et queratis faciem meam. Donec deficiatis inquit.
illa mirum defectione. qua illos non deus defecisse apls gemens dicit. Igno
rantes enim dei iusticiam. et suam querentes statuere. iusticie dei non sunt subiec
ti. finis enim legis xpc ad iusticiam omni credenti. Quod igitur dicit donec deficia
tis. et queratis faciem meam. id est ac si dicat. Donec desinatis uelle statuere
uam iusticiam. et gratiam in operibus legis. et credatis in me. solam quaerentes
iusticiam dei. iusticiam fidei. His dictis. primus de omnibus tam iudeis quam
gentilibus quicumque penitentiam acturi. et in xpm credituri. et fidem eius erant